



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Winocvs Confessor Bergis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

maniam circa annum Domini 728. venit & anno 742.
Synodo Ratisponensi & 743. Liptinensi Synodo inter-
fuit. Eius reliquiæ per Balduinum Ferreum ut in diua
Walburge eius sorore, ante diximus ad annum Domini
870. Furnas occidentalis Flandriæ opidum sunt delatae.
Plura apud Molanum vide in natalibus hac die.

WINOCVS CONFESSOR

Bergis.

Heremarus vir nobilis, villam suam Wormhoult di- *6. Non.*
ctam in Flandria supra fluum Pena B. Bertino
traditur. Bertinus vero considerans viros Dei, Winocum
& tres fratres eius in Dei seruitio plus cæteris profecisse
eos illuc misit Monasteriolum construere, conuentum
congregare, Christique pauperibus hospitia præparare.
Quibus Heremarus villam suam Wormhoult cum ap-
pendicijs priuilegio suo firmauit: quod sic incipit: Omni-
bus presentibus & futuris qui Christiana censemuntur, &c.
Actum in Sithiu Monasterio Kalen. Nouembris anno
primo Hildeberti Regis. Illi Conuenticulo B. Bertinus
concessit præesse S. Winocum, ubi miraculis concomi-
tantibus Domino fine tenus inseruuit. Ita Iperius in
Chronico Bertinensi qui de S. Winoco eiusque tribus fra-
tribus hæc itidem commemorat: B. Winocus Iudicail
Britonum Regis filius & S. Iudoci frater spreto mundo
sub B. Bertino in Sithiu Monasterio Monachus efficitur
cum tribus fratribus suis Kadanoco, Ingenoco & Modoco.
Præerat tunc B. Bertinus turbæ CL. Monachorum inter
quos Winocus quasi stella matutina præ cæteris claresce-
bat obiit autem anno 717. vide plura apud Miræum in
fastis ac Molanum in natalibus.

X 3

WVI.

